



*S. Red.*

E libris  
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi  
a venerabili  
**Carolo Funk**  
theol. doctore et gymnasii directore  
a. 1857 hereditate relletis.

*G. f. 171.*

271

A noi Ω.  
AD  
**AKOYCMATA**  
DE FINIBUS STUDIORUM  
necnon  
orationes *παρολογητικές*  
ADOLESCENTIS GENEROSISSIMI  
**CAROLI SIGISMUNDI**  
**AZESCHAU,**  
Equ. Luf.  
& Juuenum humanissimorum  
**JO. HENRICI SCHMIDII,**  
**ANDREÆ SHRÆBERI,**  
AC  
**JO. ANDREÆ PETRI,**  
SORANORUM,  
in academias, Deo approbante, nomina daturorum  
ut  
MAECENATES  
¶ quibus aliqua cum humanitate necessitudo intercedit,  
solita comitate adesse velint,  
modestissime roget  
**DE ADULATIONE CAESARENSIUM** *¶*  
ACT. XII  
**HERODI AGRIPPAE LENOCINANTUM**  
quædam præfatus  
Jo. GOTTFR. ZEISKE.

SORAVIÆ.

Imprimebat Joh. Gottlieb. Rothius. Typograph. Aul. Promnit.





Ondum libet deponere amplissimum Θωρείας argumentum, & cum de Tertullo Felicis adulatore ex actibus apostolorum alio tempore dixerimus, nunc DEO iuante, eodem Luaduce, de adulatione, qua in Herodis Agrippæ aures influxit multitudo, breuiter agemus. Is, cui adulatur populus, est Herodes rex, ut habet diuinus scriptor, cognomine Agrippas, quem syrus exp̄lē vocat; Agrippas item Josepho & πτλωις dictus. Herodis magni ex Aristobulo nepos; rex, ut Tacitus appellat, Iudeæ, non minori potestate, quam avus fuerat. Ac filium quidem Aristobuli, nepotem magni Herodis fuisse Agrippam Josephus clarissime testatur, ut sphalma in bibliis criticis P. 227. Francofurti editis inter notas H. Grotii ad h. l. quasi Agrippas fuerit filius Herodis magni, statim in oculos incurrat, neque Harduinus audiendus sit, qui, de nummis Herodiadum Agrippam vocat Philippi tetrarchæ & Herodiadis filium, Herodis magni, vel ut deinde emendare conatur, Zenodori nepotem. Conatum Harduni audacissimum (nam omnem fere antiquitatem in dubium vocare sustinuerat) retulerunt viri doctissimi Lamys, Lacrozius, Vignolius, Sartorius, & quantum ad Herodiadas Basnagius, Cellarius, Deylingius atque alii. Hic Agrippa μέγας vocatur a Josepho: non quidem eo sensu, quo in numero ab Harduino allato βασιλεὺς μέγας Ἀγρίππας Κίρκοντικος dicitur; nec per gallicum quendam loquendi modum, ut idem Jesuita voluit; sed quia & minorem Agrippam, nostri filium nouit historia, cuius etiam fit in actis apostolicis mentio. Illustrè quidem Agrippa nomen Romæ adjectum, & Italì magis quam Iudeis notum dicit in obs. f. S.R. quidam Theologus, verum nihil impedit, quo minus iam in oriente id nomen regio infantī potuerit imponi. Peregrina nomina Iudeis & ut proprius accedamus Herodis familiæ non erant infrequentia, quod exemplo Alexandrorum, Antipatrorum, postea Drusorum, Drusillarum, ceterorum, eluet. Nota est Herodis magni cum M. Vipsanio Agrippa, Augusti genero & purpuratorum maximo familiaritas; nota ejusdem M. Agrippa merita in populum iudacicum, illiusque qui paulo ante Hieropolym fuerat, gratiosa memoria: unde & Anthedona oppidum Agrippiadēm vocavit vel Agrippeum Herodes, post quem tamen nomen loco non habet. Quin & Aristobulus, pater Herodis Agrippæ, Romæ velut in contubernio Cæsaris, Pollionis & M. Agrippæ educatus erat: vnde rerum romanarum studio a patre auoque iam ab ineunte ætate, non demum Romæ postea inditum Agrippa nomen fuisse crediderim. Patre mature parriciae magni Herodis amissio, in manibus auti educatus, deinde Rōmam profectus ad amittitiam Drusi & Antonie minoris adrep̄sit, ac variis casibus iactatus atque ære alieno oppressus, hinc tamen se expedivit, & Tiberio conciliato, in C. Caligulae familiaritatem penitus intravit. Sed ab Eutycho auriga suo apud Tiberium accusatus & in vincula coniectus, imperatore mortuo, a Caio liberatur, regia dignitate ornatur, Herodis tetrarchæ cum Herodiade in exiliū

um eius opibus augetur, a Claudio imp. præter ea, quæ ante habuerat, I.19.  
Iudeam, Samiam, Abilenen & que ad Libanum sita erant, accepit, iam vere  
é παλαιών, ut Dio Cassius appellat. Unde in regnum magno splendore reu-  
sus, Hierosolymis in christianos fecit, horumque antistites Jacobum capite ple-  
nit, Perrum in carcere & tenebras abripit, milites rom. ob custodias somno-  
lentius actas morte damnat, Cæsareamque contendit. Huius itineris *Josephum*  
meminisse Grotius arbitratut, quod mihi videtur secus, nam licet non adeo cer-  
tum sit, utrum statim post aduentum in Iudeam Christi præcones inuaserit,  
quod *Lud. Cappellus in his, iud. censet*, an postea, pontificatu constituto, tribu-  
to Hierosolymitani remissio, immo etiam firmissimo præsidio urbe munita, a  
qua re Claudi litteris, Marci indicio extortis, deterritus est: certe tamen jam ante  
Cæsarea vixit. Eo enim Simonem obrectatorem euocauit, & iam tum Cæ-  
sarea videtur bellum comparasse aduersus Tyrios & Sidonios, quod illi immi-  
nente forte came ab Agabo prædicta, ut olim Cappellus & nuper Beaufoebrius  
& Lenfantius coniecerunt, deprecabantur. Verum Josephus, cum dixisset, a  
nimo libertissimo & assidue Agrippam egissi Hierosolymis, narrat Beryti exhibi-  
tis munieribus, Tiberiadem venisse, a multis regibus, item a Marso Syriæ præ-  
fide visitatum esse, & tertio denique regni iudaici anno Cæsaream se contulisse,  
Atque iste quidem locus est, ubi impia illa adulatio animus regis Agrippæ in-  
flatus: Cæsarea, que ante turris Stratonis, sed ab Herode magno nomini hono-  
ribusque Augusti Cæsarea consagrata, in Phœnicie, Josepho iudice, sita; vel ut alii  
in Palæstina, vnde Cæsarea palatina; in Iudea denique aliorum sententia: quare  
*Judeæ caput Cæsarea* vocat Tacitus. Sed cum Lucas dicit ωραίον ἀπό της Ιε-  
ρουσαλήμ την καταστάσιν, per Iudeam intelligit partem Palæstinae a Samaritide & Ga-  
lilæa distinctam. Contra Iudea Tacito, qui post Hierosolymæ excidium scri-  
psit, est tota Palæstina romana prouincia, in eaq; Cæsarea præsidum romanorum  
ante Agrippam nostrum & post eum sedes: in quo consententer habemus  
*Cellarium*. Hanc Herodes olim marmoreis ædificiis exornatam portu instru-  
xerat, Cæsaris templum, ut solebat, statua Augusti & urbis Romæ conspicuum a.p.  
considerat, & instituta quinquenniali ludorum celebritate dedicauerat post deci- 523.  
mum annum, quamvis alio loco Josephus duodecim annos substructionibus in-  
sumptos esse commemeret. Ad senatus illius regiis præclarâ nata est suppali-  
pandi occasio, cum pro salute Cæsaris Claudi Herodes Agrippa solennes ludos  
apparatus magnificèntia institueret, & ad iusta eorum summa cum cærimo-  
nia obseruanda proceres prouinciae conuocaret, confluente, ut sit, undiqueaque  
populi multitudine. Ad hos ludos an nummus spectet, quem Holstenius in Steph.  
byz, ex barberina gaza ostendit, & Cellarius in diss. de Herod. adduxit, in quo  
Ευριπεὺς Ηρόδης & in auersa καταστάσιν occurruunt, peritoribus harum  
rum iudicandum relinquunt. Certe aliud ejusdem commatis nomisma, quod  
Harduin afferre, regem magnum Agrippam φίλον αὐτούς præferre iam di-  
ximus, altera facie his verbis insignitum est: οὐ καταστάσιν ἡ πρότερη Σεβαστῶν μ., unde  
similes ludos ab Agrippa Sebasta (olim Samaria nuncupabatur) celebratos  
foritan conieceris. Ταῦτη δέ περι quam προκατισθεν memorat, et secunda magnifi-  
centissimi spectaculi dies, ut Flavius nominatim refert: per plures enim dies eius-  
modi ludica extracta fuisse tum aliunde confitat, tum ex Ciceronio ea ad Ma- I. 7.  
rium epistola, qua Pompeii ludos in theatro suo dedicando extenuat. Eo die ep.  
Herodes Agrippa cultu ornatusque regali processit, ut qui totus ex argento e-  
gregia plane arte contextus erat, ubi matutinis solis radiis incidentibus argentum  
collustratum mirifice exsplenduit, fulgoreisque redditum, qui formidini & horrore  
intuentibus esset, quod Josephus refert. Drufius h. adducit ex libro Juchasin, recen-  
tiori nempe Abrahami Zacuti (de quo Wolfi bibl. ebr. n. 136.) locum plane cum  
Josepho consentaneum: veste candida regem amictum fuisse, splendente ad lu-  
men

men solis, ita ut ex ea prodire viderentur sol, luna & stellæ. Imitari voluisse  
splendorem solis, vel etiam angelorum vestes candidas & coruscantes, quales in  
historia sacra describantur, putat *Grotius*, quod ex Memnonis eclogis de histo-  
ria pontica Clearchi Heraclenium tyranni infecta varis coloribus facie; &  
mutatis identidem vestibus èz iò. *Caesare* & *vni ciborum* illustrat. Et Clearchum qui-  
dem affectatae divinitatis reum esse fatis confit, ut qui prodiens in publicum ful-  
men gestauerit, & filium Ceraunon vocauerit: sed tamen que de ueste addit, longi-  
us a similitudine historie nostræ abeont. Ceterum hanc facile dixerim,  
num ad referendam geniorum facrorum speciem splendido isto amictu Agrippas  
vñs fuerit, quem uestem regiam nominasse Lucas satis habet: certe conuertere in  
fe hominum oculos voluisse non diffiteor, quod fulgore purpureæ abolia fecisse  
Caligulam Suetonius tradit; quemadmodum Nero stellato uestiti suspectus est.  
Ista pompa ornatus Agrippa publico in loco verba fecit, eloquentiaque non vulgari  
populo in adulationem plane composito acclamationem humana forte maiorem  
expressit, non hominem esse, sed Deum, cuius ab ore melle dulcior fluat oratio.  
Sed a regio theatro nunc quidem ad scholastica pulpita reuocare stilum cogit tem-  
poris & pagella ratio, vbi non Agrippam aliquem diuino, vt plebs actat, eloquio  
admirabiliter fistimus, cuius in gratiam pietatis sanctissimum nomen violandum  
sit, sed recitationes quorundam frugis adolescentium proponimus. Agent illi de re  
ipsis propria & familiari, de finibus studiorum, de quibus generatim constituet lat-  
orat. prologus. *Io.* *Gottfr.* *Schubart*, Illeburg; tum negabunt hic spectari debere  
*idem* *prologus*, lat. serm. *Jo.* *August.* *Gottfried*, Illeb; voluntates, græc. term. *Jo.*  
*David* *Großmann*, Sor; curiositatem, orat. lat. *Theodor*, *Christian*, *Bulce*, *Colon*,  
*March*; honores & gloria, lat. serm. *Chr. Rudolph*, *a Gersdorff*, Eq. Sil; diuitias  
orat. germ. *Jo. Christph. a Grunberg*, Eq. Sil. Contra ea verum finem colloca-  
bunt in mentis emendatione, *Car. Sigism.* *a Zeschau* Eq. Luf; in sui fuorumque con-  
servatione, *Io. Henr.* *Schmid*, Sor. In utilitate reip. & aliorum *Andr.* *Schräber*,  
Sor. oratione omnes latina; in corporis & valetudinis ratione habenda græce  
*Io.* *Andr.* *Petri*, *Sor.* Et cum hi quatuor paulo post in academiam discelluri  
sint, priores soluta oratione, reliqui ligata, idque patro sermone, pietatis officium  
*itzibaricov* testabuntur. Illos non Laribus vialibus, sed Deo immortali  
commendabunt *Car. Sigism.* *a Schenkendorff*, Equ. Sil. orat. lat. & germ. *Wolff*  
*Henr.* *a Rothkirch*; Eq. Sil. quorum ille simul animæ salutis curam gerendam li-  
terato homini docebit; hic gloriari DEI, ut rerum omnium, sic studiorum extre-  
mum gñvñ esse demonstrabit, & ad ultimum oden eiusdem fere argumenti  
*Io. Chriſt.* *Lehmann*, Sor. concinnatam, numeros musicos moderate *Georgio*  
*Maschkiø*, Sor. commilitones accinent. Generosissimi *Zeschau* pietas DEO gra-  
tissima, indoles ab omni ferocitate aliena, diligenter studii adhibita, & mores  
probri in contubernio meo tot annos cogniti eximiam laudem mererentur, nisi  
modestia ipsius obstringillaret. Et projecto *Schmidtus* etiam *Schräberus* & *Petri*  
omnes numeros bonorum & optimæ spei discipulorum explauerunt, ut  
patriam scholam, cistia teneris *Schmidtus* & *Schräberus* nomina dederunt, ciui-  
um horum penitente hautquam debeat, sed ii popularibus suis exemplo om-  
nes esse queant. Faciat summum & præpotens numen, ut candidati nostri in ampliore  
campum progressuri exoptatissimis gaudeant successibus, veroque stu-  
diorum fines consequantur quam felicissime! Vos, quibus cordi sunt literæ &  
ipsa humanitas, iuuentur nomine rogat pietas, ut statim horis aedeacroibus  
istis vmbatilibus benignissime velitis. P. P. Soræ clo lo cxxxl a.d. xii. kal. mai.

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
kotl. nicht vergeben!



gb.

KOT

Ratio





Anni Ω.

AD

# AKOYCMATA DE FINIBUS STUDIORUM

necnon

orationes ἀποχωρητικας

ADOLESCENTIS GENEROSISSIMI

## SIGISMUNDI ESCHAU,

Equ. Luf.

juuenum humanissimorum

HENRICI SCHMIDII,  
EÆ SHRÆBERI,

AC

ANDREÆ PETRI,  
ORANORUM,  
EO approbante, nomina daturorum

ut

MAECENATES  
ua cum humanitate necessitudo intercedit,  
olita comitate adesse velint,  
modestissime rogat


ATIONE CAESARENSIUM

ACT. XII.

RIPPAE LENOCINANTUM

quædam præfatus

O. GOTTFR. ZEISKE.

SORAVIÆ.  
ottlieb. Rothius. Typograph. Aul. Promnit.

B.I.G.